

riqve, ut commentatur *idem laudatus autor l.c<sup>o</sup>*  
*c. 13. §. 6. 7.*

§. 4.

Imo si ad secunda vellent vota post marito-  
 rum mortem progredi, licentiam nubendi quo-  
 que a Synedrio impetrabant, fidem faciente *eodem*  
*quem laudavimus Hebræo.*

THESIS II.

*Viduarum Hebræarum causæ citi-  
 us decidebantur in judiciis, quam  
 aliæ.*

§. 1.

Licet pupillorum causæ citius adhuc decide-  
 rentur quam viduarum, in judiciis tamen vidua-  
 rum causæ citius decidebantur, quam literato-  
 rum, & literatorum citius quam plebejorum: so-  
 lebant quoque feminarum lites citius expediri  
 quam

A 3

quam